

cenfere.

Cum novo et erudito Provinciae nostrae
aedificio concluso. Museum, id est mathe-
maticum, quod ante quadriennium in Aca-
demio Vennensi Collegio erectum interim in ju-
stam amplitudinem excreverat, hoc tandem an-
no Romana authoritate sub certis legibus,
ne aliquando alienatis rebus dissolvatur,
confirmatum fuit.

Habet illud tria conclaويا ele "

ganter exornata, et doctis imaginibus 249.
picta armaria, in quibus mathematica in-
strumenta in suas Cases distributa asser-
vantur. Et quidem optica sunt numero
Septuaginta novem. Statica Hydraulica
et Pneumatica quadraginta octo. Astro-
nomia, et Geographia viginti quinque.
Chorographia Solaria quinquaginta duo. Geo-
metria, et arithmetica Septuaginta octo.
Quibus aecedunt Librario Curiositatis fomen-
ta, ut sunt gemmae, et lapides ludentis naturae
prodigia, Orientalis India rariora conchilia,
Sinenfium, et Japonicorum idolorum ex aere,
et lapide fabricata statua, omnis generis mi-
nere, nummi aerei, et argentei antiquitatis
Romanae monumenta, Phosphori diversi,
animalia, et vegetabilia exotica, inter
qua Chameleon, et basilisci duo; varia de-
niq; arte facta, interq; ea trium Japo-
nicorum idolorum statua intra Orizae dyf-
fectum Corticem conclusa, centum capita
humana diversa in Cerasi putamine es-
sifica, aliq; artis, atq; industria humana
in ebore elaborata miracula. Porro
non infima Thesauri pars est Bibliotheca, qua

24² defacto' prater tres prograndes terrestres, et
duos caelestes Atlantes numerat in folio libro
octoginta septem, in quarto 324. in octavo, et
duodecimo ultra duentos. Hic est Au-
guri nunc status, benediente Deo in ma-
jora incrementa augendus, ubi ars, et artifi-
ces non defecerint. Jam vero quoad
Musae hujus utilitatem idud cum veritate
dici potest, quod ad omnem mathematicum
usum suorum instrumentorum varietate sero-
posuit, et à serenissimis etiam Hospitibus eam
laudem obtinuerit, quam ob aliquarum rerum,
et arte factorum raritatem alijs per Europam
visitatis Musaeis attribuere non poterant.

Hoc de Museo mathematico, quo primuse-
iusdem Profectus, et author comunicavit. Au-
gmenta dabunt anni sequenti.

Source of images: ARSI Austr. 175, p. 240 - 242

Copyright: Archivum Romanum Societatis Iesu

Acknowledgement:

Franz Sachslehner would like to thank the Archivum Romanum Societatis Iesu for the kind support and permission for this publication.